

Albert Hein    Constantin Marstaller

## **Disputatio Iuridica De Testamentis**

Rostochi[i]: Pedanus, 1634

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731640500>**

Druck    Freier  Zugang



Testamente

A. Hein (C. Marstaller) <sup>Test.</sup> 16

R. U. in 1634







52

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
TESTAMENTIS,

Quam  
Auxiliante DEO  
Ex consensu & permissu Amplissima facultatis  
Juridicae in Alma Rosarum Academia,  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI Consultissimi, Clarissimi & Excellentissimi

DN. ALBERTI Hein/ U. J. D.  
& Historiarum Professoris dignissimi,

*Publica disquisitioni  
subjecte*

CONSTANTINUS Marstallar /  
Stetinenfis Pomeranus.

*Ad diem 24. Septembris in Auditorio Majori  
horis à septima matutinis.*



ROSTOCHI,

Literis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.  
ANNO M. DC. XXXIV.

1634





GENEROSIS, MAGNIFICIS, ADMO-  
DUM REVERENDIS, NOBILISSIMIS AC  
MAXIME STRENUIS VIRIS

DNO. PAULO à Damisen / Illu-  
strissimi ac Reverendissimi Principis ac Do-  
mini Dn. BOGISLAI XIV. Ducis Stet. Pom. &c.  
Domini mei clementissimi, consilij secretioris praesidi, ut & Il-  
lustrissimi ac Reverendissimi Episcopi Camminensis Lo-  
cumtenenti meritiissimo, hereditario in Raben-  
stein / Strachmin / & Sutypow.

DNO. CHRISTOPHORO à Zastro-  
wen / Ejusdem Illustrissimæ Celsitudinis inti-  
miori Consiliario, & Dicasterij quod Stetini est Dire-  
ctori, ut & Vice Domino Reverendi capituli Camminen-  
sis, hereditario in Dobbrypuet / Correntin &  
Drammin.

DNO. MARCO ab Eichsteden / Eju-  
dem Illustrissimæ Celsitudinis itidem Consi-  
liario intimiori, Capitaneo in Ufermünde / ut & Ca-  
nonico Camminensi, hereditario in Rorn-  
Etempenow / & Barnstlo.

Dnns. Fautoribus, Promotoribus & Mece-  
naribus suis, omni honoris ac observantiae cultu & vene-  
ratione colendis hujus Juridici Exercitij dedica-  
tione, se suaq. studia humiliter Commendat

CONSTANTINUS Marshallar  
Stet. Pom. A. & Resp.





# CUM BONO DEO.

## THESIS I.



Testamentum est voluntatis (a) nostræ iusta (b) sententia, de eo quod quis post mortem (c) suam fieri velit.

l. 1. ff. de testam. (a) Ea voluntas tanquam lex esse observanda, Nov. 22. c. 2. c. ultima. 13. q. 2. nisi juri & bonis moribus sit contraria l. 55. ff. de legat. 1. (b) i. e. legitima & facta secundum regulas juris testamentarias de omnibus bonis, & legibus consentanea, qui enim testatur secundum leges & regulas juris civilis testari debet, l. 4. ff. de testam. l. 13. C. eod. (c) Quia viventis nulla hereditas esse. l. 2. §. 2. ff. de vulg. & pup. substit. l. 1. ff. de hered. & action. vend. l. 1. ff. pro hered. vel pro possess. §. ult. Instit. de hered. qualic. & different. l. 94. ff. de acquir. vel omit. hered. l. 5. C. solut. matrim.

## II.

Ab eo autem testamentum appellatum est, quod sit testatio mentis, (a) ut Sacratiss. Imperator noster loquitur.

pr. Instit. de testam. ordin. (a) Hic quæri solet, An testamentum sit verbum simplex, vel compositum? Cui Resp. Quod Imp. noster testamenti verbum non dicit esse junctum ex mente & testatione, sed simplex ex testatione deductum & formatum. Mentis autem vocabulum emphaseos causa ad majorem rei expressionem & declarationem adjecisse videtur, ac si dixisset, testamentum esse majorem & mentis & voluntatis nostræ significationem. Gellius lib. 6. cap. 12.

A 2

III. Sed



### III.

Sed ut nihil antiquitatis ignoretur, ut Imp. noster *Instit. h. t. §. 1.* loquitur, Sciendum est, quod veteres tria habuerint testamentorum genera, primum erat Calatis comitijs, (a) Alterum vocabatur procinctum, (b) Tertium dicebatur per æs & libram, (c) Deinde utebantur etiam Romani testamento mixto quod ex jure civili, prætorio, & constitutionibus Imperatorum conflatum erat, unde etiam nomen mixti accepit.

(a) Testamento calatis comitijs in pace & oratio utebantur, & fiebat populo ad calata comicia convocato Gellius lib. 15. cap. 27. vide Alexand. ab Alexand. lib. 4. Gen. diar. cap. 3. (b) Testamento in procinctu usi sunt, cum in prælium exire essent *§. 1. Inst. de test. ord. & procincti starent, quia procinctus estis, qui in prælium exire vult. d. §. 1. Inst. h. t.* (c) Hoc genus testamenti per emancipationem i. e. imaginariam quandam venditionem, agebatur, quinque testibus & libripende, civibus Romanis puberibus presentibus, & eò qui familia emptor dicebatur, *d. §. 1. Inst. hic.*

### IV.

Illam autem genera hodie in desuetudinem abierunt, *d. §. 1. Inst. h. t.* duoque testamentorum genera hodie, saltem frequentantur Testamentum Paganicum & Testamentum Militare.

### V.

Et subdividitur hoc testamentum paganicum in duas species: In testamentum in scriptis, quod alias solenne vocatur, Et in testamentum nuncupativum, quod fit sine scriptis.

### VI.

Est autem testamentum paganicum solenne in scriptis



ptis illud, quando testator testamenti factionem habens suam voluntatem, in scriptura exprimit (a) & heredem instituit (b) adhibitis septem testibus specialiter ad id rogatis, qui huiusmodi scripturæ una cum testatore subscribant, & sigilla sua (c) apponant.

(a) Dicitur in scriptura exprimit: videtur hic quod non sit necesse tale testamentum patet fieri, quod in nuncupatio requiritur, sed testator clausam scripturam testibus offerre potest, & etiam ignorantibus eius testamenti contenta, & petere subscriptionem & obfignationem, dum tamen testator suum id esse dicat coram testibus. l. 21. C. de testam. (b) l. 1. in fin. ff. de Vulgar. & pupil. substit. §. ante heredis. 34. Instit. de legatis. (c) possunt omnes testes unò annulo signare testamentum, etsi etiam illi septem annuli unâ sculpturâ sint imò possunt alieno signare annulo. §. possunt 5. Inst. h. t. l. 22. §. 2. ff. eod.

#### VII.

Nihil autem interest utrum testamentum in tabulis (a) an in chartis membranisque vel alia materia fiat, modo in idonea scribatur.

(a) Tabulæ omnem materiæ figuram significant, sive sint lignæ, sive chartæ, sive membranæ sint, sive è coriò alicujus animalis, l. 1. in pr. ff. de bon. possess. secund. tab. sed videndum est, ut scribatur non in chartâ delectitiâ, sed munda & pura. Nov. 44. c. 2.

#### VIII.

Ideo autem præcipuè testamenta introducta sunt, ut certo constet quæ testator de bonis suis fieri velit, (a) ipsò defunctò, ut legata ei relinquat cui velit, & ne quis cogatur habere ingratum heredem & male de se meritum cui bona sua magno labore ac sudore parta relinquat, neque nostris relictis bonis contumeliones



& rixas inter junctos nobis sanguine excitemus.

(a) *Hæc voluntas stricte & secundum legis tenorem obser-  
vanda est Nov. 22. c. 2. ut & supr. ib. i. dictum. E contra-  
rio etiam ejus prohibitio similis est legis prohibitioni. l. fin. C.  
de reb. alien. non alienand. nisi sit contra legem, nam nemo po-  
test facere ne leges in suo testamento locum habeant, l. 55. ff. de  
legat. i.*

## I X.

Ut autem testamentum in scriptis solemne perfe-  
ctum sit hæc requiruntur: I. Septem testes specialiter  
ad id rogati, (a) II. Signacula (b) III. Unus contextus  
actionis (c) IV. Ut heres instituatur (d) V. Ut testator  
exhibens vel ostendens testamentum suam eam decla-  
ret esse ultimam voluntatem (e) VI. Ut testes sint pu-  
beres cives Romani (f) VII. Ut testes sint in præsentia  
testatoris, ut ipsum videre queant. (g) VIII. Ut testes  
propria manu subscribant, (h) IX. Ut testator ipse sub-  
scribat, si novit literas & alius testamentum scripsit  
(i) X. Ut testator testamenti factionem activam ha-  
beat (k) XI. Ut filios in potestate existentes, aut no-  
minatim exheredet aut instituatur (l).

(a) l. 21. in pr. C. h. t. non inviti detenti l. 20. §. fin. ff. h. t.  
l. 21. §. in testamentis ff. h. t. (b) Nihil autem interest utrum  
propriis vel alienis annulis utantur, l. 22. §. 2. ff. h. t. §. pos-  
sunt Inst. h. t. (c) d. l. 21. §. fin. ff. h. t. (d) l. 1. in pr. ff. de he-  
red. Instic. (e) d. l. 21. C. h. t. (f) d. l. 21. C. eod. (g) l. 9. C.  
h. t. (h) d. l. 21. C. & l. 30. ff. h. t. nisi sit in tali loco, ubi tunc  
literati non reperiuntur, nam tunc alius pro alio subscribere  
potest, l. fin. C. h. t. (i) d. l. 21. C. h. t. si verò testamentum sit  
holographum, non desiderat testatoris subscriptionem, l. 28. §.  
1. in fin. C. h. t. præterea Imperator legem jubemus 29. C. h. t.  
per



per Nov. 119. c. 9. sorrexit, ubi testatori liberum relinquit, an velit nomen heredis scribere nec ne. (k) l. 4. ff. h. t. (l) pr. Inst. de exher. lib. l. 30. ff. de lib. & posth. hered. Inst. si filius neq; heres institutus, neq; nominatim exheredatus fuerit, tunc statim corrumpit testamentum, prateriri enim non potest. d. pr. Inst. de Exher. lib.

## X.

Est deinde paganicum testamentum sine scriptis seu nuncupativum illud, quando testator coram septem testibus (a) specialiter ad hoc rogatis & in conspectu testatoris constitutis (b) suam ultimam voluntatem (c) exponit & declarat heredemq; palam (d) omnibus testibus nuncupat & nominat.

l. 21. ff. de testam. (a) Hic videmus in testamento nuncupativo aequè ac in altero solenni paganico septem testes requiri. G. ult. Inst. b. t. l. 8. C. qui testam. fac. possunt. l. 26. C. de testam. (b) l. si non specialius C. de testam. (c) Hæc voluntas semper libera esse debet, ita enim dicit Imperator Constantinus in l. 1. C. de S. S. Eccles. Nihil est quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis liber sit stylus & licitum, quod iterum non redit arbitrium. (d) palam sic accipere debemus, non ut exaudiarur ab omnibus, sed à testibus, & si plures fuerint testes adhibiti sufficit solennem numerum exaudire, l. 21. in pr. ff. de testam.

## XI.

Et hoc testamentum duplici modo confici potest, nimirum cum scriptura & sine scriptura. Cum scriptura fit, quando testator coram requisitis & specialiter ad id rogatis testibus & adhibitio notario ultimum suum elogium patefacit, rogatq; notarium, ut hanc suam ultimam voluntatem in scripturam seu instrumentum



mentum redigat. Sine scriptura conficitur nudis tantum verbis absq; notario cum testator voluntatem suam declarat coram septem testibus, heredem (a) instituit, ac legata si quæ vult testibus exaudientibus relinquit.

(a) l. 29. C. de testam.

## XII.

Testator condens hoc testamentum nuncupativum, potest ultimam suam voluntatem nuncupare, coram teste non intelligente ejus sermonem, dummodo talis testis sensu percipiat quid agatur. l. 20. § non tamen. ff. qui testament. fac. poss.

## XIII.

Porro & hoc observatur in testamento nuncupativo, si testator coram testibus incipit facere testamentum heredes primos instituendo & nominando, priusquam autem secundos exprimeret heredes obmutuisset, tunc hoc testamentum non valet (a) neq; primi nuncupati, heredes ex eo sunt futuri.

l. 25. ff. de testam. (a) Quia magis testator videtur cepisse testamentum, quam perfecisse, jam d. l. 25. ff. h. t.

## XIV.

Cum in omni testamento spectetur, an is qui testamentum fecit ejus factionem habuerit, & an rite fecerit (a) & quædam personæ sint, quæ jus testamentum faciendi habent, quædam autem quæ hoc non habent, utrasq; personas paucis perlustrabimus.

(a) Rite facere est secundum regulas Juris facere, l. 4. ff. h. t. ut & antea dictum.

## XV.

Posiunt autem ij omnes testari, qui id legibus expedire



pedire non prohibentur, nimirum possunt homines pu-  
beres (a) liberi & sui juris, qui neq; sub patria (b) neq;  
dominica (c) potestate sunt.

(a) Imperator prescribit masculis puberibus annum deci-  
mum quartum completum, §. cum ergo Inst. quibus ex causis  
manum. non lic. Fæminis verò duodecimum completum, l. 5 ff.  
de testam. (b) pr. Inst. quib. non est perm. fac. testam. (c) l.  
quod actinet. 32. ff. de R. J.

#### XVI.

Qui manus amisit (a) quamvis scribere non possit,  
testamentum tamen jure (b) condit,

(a) puta vel in bello, vel in rixa, vel in conflictu. Recte ta-  
men Baldus f. C. r. scribit, etiamsi supplicij causa manus ami-  
serit, nihilominus tamen eum testari posse. (b) l. 10. ff. de testam.

#### XVII.

Si quis in custodia post accusationem fuerit defun-  
ctus (a) indemnatus tamen testamentum ejus valet.

(a) Hic non existimandus est is, qui voluntarie mortem sibi  
quæsit in carcere, l. 6. §. ejus 7. ff. de injusto rupto & c. sed qui  
mortis naturali obiit, si quis verò se occidat conscientia criminis  
vel future sententiæ metu ejus bona confiscantur, l. 2. C. de  
bon. eor. qui mort. sibi consc.

#### XVIII.

Et ij testamenti factionem habent, qui à latronibus  
capti sunt, & liberi manserunt, l. 13. ff. b. t.

#### XIX.

Hic incidit quæstio, utrum excommunicatus pos-  
sit testari? Variæ circa hanc quæstionem reperiuntur  
Dd. opiniones, nos autem illis non obstantibus negati-  
vam sententiæ præferendam putamus. Quamquam  
non inficias imus communem sententiæ esse in con-

B

tra-



trarium veritatem tamen Theoreticam magis negati-  
væ (a) astipulari non dubitamus.

(a) c. decernimus Extr. de sentent. Excomm. in 6. juncta.  
l. 18. §. 1. & l. 20. §. 5. ff. h. t.

## XX

Qui verò privantur jure condendi testamentum,  
hos ordine recensēbimus.

I. Est Filiusfamilias, (a) qui adhuc sub patria pote-  
state est (b) & quamvis pater id ei permiserit nihilo ma-  
gis jure testari potest (c).

(a) l. 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat. l. 6. in pr. ff. h. t. (b) l. 3.  
l. 4. ff. de his qui sui vel alien. Jur. sunt. l. 3. §. 1. C. qui test. fac.  
poss. Quod autem hic dicitur, non intelligendum de filiosfam.  
milite is enim ultimam voluntatem condere potest, pr. Inst.  
Quib. non est perm. fac. test. (c) d. l. 6. ff. h. t. & pr. Inst. quib.  
non est perm. fac. testam.

## XXI.

II. Testamenti factionem (a) non habent Impubes  
(b) nec Furiosus (c) sed de furioso hoc notandum est:  
si testamentum fecit quo furor ejus intermissus est va-  
let, si verò eò tempore quo tentus est morbo pro nihi-  
lo habetur (d).

(a) Hic distinguendum est ex §. in exheredat. Inst. de her.  
qual. & differ. Inter testamenti factionem Activam & Passi-  
vam, passivam quidem habent, Impubes, Furiosus, Servus, l. 16.  
§. 1. ff. h. t. non autem activam. (b) Quia testamentum est ul-  
timum Judicium l. 19. vers. secundum quod. ff. de inofficioso tes-  
tam. Supremum hominis Judicium. l. 5. ff. testam. quemad: a-  
perian, nullum autem Impuberum animi judicium est, §. 1. Inst.  
Quib. non est perm. fac. testam. l. 18. C. de testam. milit. Et  
ut Imperator noster in l. 1. in pr. ff. de minor. loquitur, Inter  
omnes



omnes constat, inquit, fragile esse & infirmum hujusmodi ætatis consilium, & multis captationibus suppositum, multorumq; infidiis expositum. Antea autem duobus modis facere poterunt. 1. Si tribunatum numerorum merebantur, l. fin. C. de testam. milit. 2. Si celibatum proficerentur, iam verò non possunt. (c) Quia Imperator in prins. Inst. h. t. dixit, Testamentum esse testationem mentis, furiosus autem non habet mentem, sed eam caret. E. non potest testamentum facere. (d) l. furiosum. C. qui testam. fac. poss.

## XXII.

III. Intestabilis est prodigus (a) cui totorum bonorum suorum administratio interdicta est (b) & si tunc testamentum fecit ipso jure non valet. Et hoc ipsum, etiam dicendum est de eo, qui ob Carmen famosum damnatus est (c).

(a) Prodigus est qui neq; finem neq; modum expensarum habet, sed bona sua dilapidando ac dissipando profundit. l. 1. in pr. ff. de Cur. furios. nec ideo potest testamentum facere, quia similis est furioso, cum eoq; sæpè comparatur, l. 6. ff. de V. oblig. (b) prodigus per prætorem vel præsidem bonis interdicitur, interest enim Reipubl. ne quis re sua malè utatur, §. sed hoc tempore. Inst. de his qui sui vel alieni Fur. Id verò testamentum, quod fecerat priusquam ei administratio bonorum interdicta esset ratum habetur, §. 2. Inst. Quib. non est perm. fac. testam. Attamen ex Imperatoris Leonis Nov. 39. testari potest, si prudenter posteritati suæ consuluerit.

## XXIII.

IV. A testamento faciendo repelluntur Surdus & Mutus (a) Surdus ob hanc rationem, quia eos auditores non potest, qui ei testimonium perhibent. Mutus verò quia testes rogare non potest & accire, (b) Sed ut bre-



viter rem expēdiam. jure ff. testari non poterant (c)  
Hodie tamen ipso jure qui vel natura vel casu surdus  
est testari potest, (d) idem est si mutus sit, modo & li-  
terarum peritus, qui verò simul naturâ surdus & mutus  
est jure non testabitur, (e) Sed si post testamentum fa-  
ctum casu quis surdus & mutus factus fuerit ratum,  
nihilominus manet ejus testamentum (f).

(a) l. 6. §. 1. ff. h. e. (b) paul. l. 3. sent. 4. (c) l. 6. l. 7. ff.  
b. r. nisi eis specialiter concessum sit à principe. (d) l. Discretis.  
10. C. qui testam. fac. poss. (e) d. l. Discretis. 10. & hoc procedit  
etiam in milite. (f) §. 3. Inst. quib. non est perm. fac. tes-  
tam. & d. l. 6. ff. h. e.

#### XXIV.

V. Excluditur à testamenti faciendi jure Cœcus, (a)  
nisi servata dispositione, & ut Imper. loquitur, nisi per  
observationem, quam lex Divi Justinii patris nostri in-  
trodixit, (b) & has solennitates requirit. Prima solen-  
nitas est: nuncupatio palam facta. Secunda: est se-  
ptem testium ad hoc convocatorum & notarij adhibi-  
tio & ut coram ijs dicat & testificetur se velle sine scri-  
ptis per nuncupationem ultimam voluntatem condere  
cum literas cognoscere nequeat, & ut hoc ipsius elo-  
gium à Notarij sub obtutu septem testium in scriptu-  
ram redigatur. Tertia: est heredis Institutio. Quarta  
est nominis dignitatisve heredis & indiciorum specialis  
expressio. Quinta est portionis relictae determinatio.  
Sexta est subscriptio & consignatio singulorum testiū  
& notarij propria manu unò eodemq; tempore & lo-  
co (c). Septima est ut si notarius haberi nequeat octa-  
vus testis loco ejus assumatur, & potest tunc testamen-  
tum uni ex testibus cui velit custodiendum mandare,  
ea con-



ea conditione, ut quoties necessitas exegerit exhibeat.

(a) i. e. qui utroq; oculo caret, non enim hæc in monoculo procedunt. Notandum tamen Cecum patrem, qui inter liberos testatur ad hujus legis necessitatem non esse adstrictum. l. fin C. fam. Ericisc. l. 21. §. ex imperfecto C. de testam. (b) Ea constitutio est, l. Hac consuleissima 8. C. qui testam. facere poss. (c) Quod alias in testamento nuncupativo, ut & in contractu fieri necesse non est, l. 21. in pr. ff. h. e. l. 4. ff. de pign. & hypoth.

XXV.

VI. Interdicta est factio testamenti Capto ab hostibus, quia dum capitur hostium servus fit (a) servi autem non possunt testamentum facere (b) quia Juris publici & civilis est forma testandi, (c) Cujus juris servus non est particeps (d) Attamen observandum est num fecerit testamentum ante captivitatem an in captivitate. Si fecerit in captivitate jure non valet, nec postliminio convalescit. (e) Si vero factum fuerit ante captivitatem licet per eam irritum sit, tamen aut fictione postliminij (f) aut fictione legis Corneliæ (g) ratum fit.

(a) §. 3. Inst. de Jur. person. §. si ab hostibus 5. Instic. Quib. mod. Jus pat. pot. solv l. 8. in pr. ff. de testam. Hodie tamen in bello quod geritur inter Christianos capti non fiunt hostium servi. Bart. in l. hostes ff. de Captiv. & postl. revers. (b) l. 16. ff. h. e. (c) l. 3. ff. h. e. (d) l. 1. ff. de Jur. delib. (e) quia quod ab initio vitiosum est, tractu temporis non convalescit l. 29. ff. de R. J. (f) Quia retro creditur in civitate fuisse qui ab hostibus advenit. l. 16. ff. de Capt. & postlim. revers. (g) nam in omnibus partibus juris is qui reversus non est ab hostibus quasi tunc decessisse videtur cum captus est. l. 18. ff. de Captiv. & postlim revers.



## XXVI.

VII. Non idonei ad testamentum faciendum putantur 1. Usurarij Manifesti nullus enim eorum inter se testamentis aut eos ad Confessionem admittat, sive ipsos absolvat nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum præstent (ut præmittitur) idoneam cautionem. Et testamenta eorum aliter facta non valeant, sed ipso jure irrita sint (a) 2. Qui incestas nuptias (b) contraxerunt intestabiles esse jubentur.

(a) c. quamquam 2. in fin. de Usuris in 6. (b) l. 6. C. de Incestis & inutilib. nuptijs.

## XXVII.

VIII. Inter Intestabiles porro numerantur, Obsides. (a) Dubitantes de statu suo (b) Servi (c) Hæretici (d) Committentes crimen læsæ majestatis (e) Monachi (f) Condemnatus ad mortem naturalem vel civilem (g) Vasalli de feudis (h) Peregrini (i)

(a) Scil. quos ab hoste accepimus, unde etiam captivis similes esse dicuntur l. 31. ff. de Jur. fisci, l. 11. ff. h. r. (b) l. 14. l. 15. ff. eod. (c) Quia quod ad jus civile attinet hi pro nullis habentur l. 32. ff. de R. J. l. 16. ff. h. r. (d) Quia ab omni Ecclesiarum limine summoti penitus arcentur l. 2. §. fin. C. de Summ. Trin. & cum ijs neq. orandum neq. psallendum s. clericus 24. q. 2. Auth. Credentes C. de hæret. & Manichæis (e) l. fin. ff. ad l. Jul. & l. ult. C. Ad L. Juliam Majestatis. (f) Auth. Ingressi C. de S. S. Eccl. potest tamen esse testis meachus arg. c. cum esses X. de testam. (g) l. 6. §. 5. ff. de injusto, rupto, & l. 8. ff. h. r. Ex hac ratione quia passi sunt capituli diminutionem, & qui subierunt maximam & mediam testari prohibentur: summe verò notandum quod etiam damnato ad mortem civilem Barr. in l. 1. C. de S. S. Eccl. testamenti factionem ad pias causas concedat.



cedat. (b) nam nulla ordinatio in feudo defuncti manet vel va-  
let pr. ff. de Succession. feudi, (i) l. 1. C. de hered. Inst. l. 1. ff.  
ad L. Falcid. in verb. qui cives.

### XXVIII.

Vifis haftenus ijs qui carent jure testandi, in confi-  
derationem veniunt ij qui possunt in numerum testium  
recipi quiq; possunt rejici. Testes autem adhiberi  
possunt cum quibus testamenti factio est (a) sed ab  
hac regula Excipiuntur Mulier (b) Impuberes (c) Ser-  
vus (d) Furiosus (e) Mutus (f) Surdus (g) Prodi-  
gus (h) Hi tantum à Justiniano (i) enumerantur, sunt  
tamen reliqui etiam quos paulò post videbimus.

(a) §. testes. Inst. h. t. (b) l. 20. §. 6. ff. h. t. 1. Quia testa-  
menti factio est publici juris l. 3. ff. h. t. Mulieres autem à mu-  
neribus publicis remotæ esse debent. l. 2. ff. de R. l. 2. Quia  
fæminis non facile sunt credenda secreta. Nam muliebris gar-  
gulus, id tantum tacere potest quod nescit inquit Seneca. Ac  
testatoris interest, per se disposita eò vivente non proparari. §.  
fin autem. Inst. de Pupil. substit. (c) d. l. 20. in pr. Neisabz  
scheid zu Colln Anno 1512. tit. von Testamenten. l. 3. §. 5. ff. de  
testibus propter lubricum consilij sui. l. 1. in pr. ff. de minor.  
(d) l. 20. §. 7. ff. h. t. l. 32. ff. de R. l. & alij textus quos huc  
referri super vacuum videtur cum satis inter omnes constet mi-  
serissima eorum conditio quæ tamen hodie sublata (e) d. l. 20. §. 4.  
l. 124. §. 1. ff. de R. l. (f) §. 6. Inst. h. t. (g) d. §. 6. (h) l. 18.  
in pr. ff. de testam. & d. §. (i) in sæpè d. §. 6.

### XXIX.

Porro sunt & præter hos quos D. Justinianus in d.  
§. enumerat alij qui testes esse nequeunt, ut Domestici.  
(a) Hæretici (b) Hæres scriptus (c) Hermaphroditus  
(d) filius in testamento patris & contra (e) Omnis qui  
à lege,



à lege in iudicio testis esse prohibetur (f) & omnes qui  
à nobis in testamento heredes institui non possunt: ut  
Banniti, Adulterij & Repetundarum damnati, (g)

(a) Reichsabscheid zu Colln Anno 1512. tit. von Testamenten  
ten §. die Notarien so zu Testamenten. vers. Auch die so in Gewalt  
des Testirens. §. l. 3. C. de testib. sunt autem domestici testes,  
pater, filius, uxor. servi & similes, (b) Auth. Gazaros. C. de heret. &  
Manich. & hoc etiam extenditur in filios eorum qui neq; ad  
successionem venire possunt, quia longe gravius est æternam quam  
temporalem offendere Majestatem. d. Aut. Gazaros. (c) l. 20. in pr.  
ff. h. r. §. sed neq; Inst. cod. Reichsabscheid zu Colln. Anno 1512. tit.  
von Testamenten. ibi leem einer der &c: (d) De hermaphrodito notandum  
quod si sexus feminus apud eum prævaler, non possit esse testis,  
secus si aliter. l. 15. §. 2. ff. de testib. l. 10. ff. de stat. hom.  
Reichsabsch. d. l. (e) l. 6. C. de testib. l. 6. & 9. ff. eod. quia pater &  
filius una eademq; persona censentur l. fin. in fin. C. de Imp. &  
alijs subst. Si tamen ante missionem filius testetur de  
Castrensi peculio, & pater relictus testis  
adhibetur, ut & frater. l. 20. §. per contrarium ff. h. r. (f) Sic enim  
Imperator loquitur. in §. 6. Inst. h. r. neq; ij quos l. jubent  
intestabiles improbosq; esse. ubi ad hunc d. §. Schneidw. scite  
dicit bonum argumentum esse à Iudicijs ad ultimas voluntates,  
negative, non affirmative (g) l. 14. & 15. ff. de testib.

X X X.

Devenio jam ad testamentum militare, quod est: Cum milites (a) in expeditione (b) ultimam suam voluntatem condunt. quocunq; modo nuncupetur sive scribatur, omissis illis solennitatibus (c) quæ in altero paganico testamento solenni requiruntur.

(a) milites appellantur à militia, i. e. duritia quam pro nobis sustinent, aut à multitudine, aut à malo quod arcere solent.



lent, aut à numero mille hominum. l. 1. §. 1. ff. de testam. mili-  
tic. (b) quod si milites sunt circa expeditionum necessitatem in  
alijs locis vel suis adibus, tum minimè possunt testari quomodo  
velint. pr. Inst. de milit. testam. l. ult. C. de restit. milit. &  
eor. qui reipubl. caus. abs. l. 17. C. de milit. testam. (c) Hæ  
solennitates quæ requiruntur r. r. C. ff. & Inst. in testamento  
solenni militibus remittuntur, ita enim Imper. pr. Inst. de te-  
stam. milit. supra diligens, inquit, observatio in ordinandis  
testamentis militibus est remissa, 1. propter simplicitatem mili-  
tarem. l. 3. C. de testam. milit. l. 40. ff. de admin. & peric. tu-  
eor. 2. propter favorem militiae, quem hinc inde in jure videre  
licet. 3. propter multas occupationes, quas sustinent.

### XXXI.

Quæri hic solet, an in testamento militis requiran-  
tur testes ad minimum duo? Et putamus siquidem  
nuncupare velit miles voluntatem, omnino requiri  
Sin in scriptis faciat, non esse opus testibus. (a)

(a) §. plane, 1. Instit. de testam. milit. l. 24. in pr. ff. eod.

### XXXII.

Porro si quis fecerit testamentum absq; requisitis  
solennitatibus juris, deinde factus est miles, & illud  
prius factum testamentum resignat, & quædam detra-  
hit vel addit, quæsitum est, an valeat? Et receptum est  
valere (a) tanquam ex nova militis voluntate. Et hoc  
ampliatur etiã procedere, si in arrogationem datus  
sit miles, vel filius fam. emancipatus (b)

(a) §. Sed etsi quis. 4. Inst. de test. mil. l. 20. §. 1. & l. 25. ff.  
eod. (b) §. deniq; Inst. de milit. testam.

### XXXIII.

Multiplici præterea jure præ cæteris circa testamen-  
ti factionem milites gaudent: nam primo potest mi-  
les pro

C



les pro parte testatus pro parte intestatus decedere (a)  
deinde miles condemnat<sup>9</sup> de crimine militari (b) rectè  
testatur: Tertio potest eos easve heredes instituere,  
quos, quasve alius disponens de rebus suis Secundum  
Regulas Juris nequit, ut deportatos, &c: (c) non autem  
hæc procedunt in focaria (d) Ultimo liberorum in te-  
stamento præteritio pro exhæredatione habetur (e)

(a) l. 6. l. 19. l. 37. ff. de testam. milit. (b) l. 11. in pr. ff. eod.  
(c) l. 13. §. 2. ff. eod. l. ex testamento. C. eod. (d) l. 41. §. 1. ff.  
eod. nec potest miles focariæ suæ inter vivos donare. l. 2. C. de  
donat. int. vir. & ux. quod etiam extenditur in hoc, ut nec ad-  
vocatus concubina suæ donare possit, cum Advocati militares  
dicantur l. 14. C. de Advoc. divers. judicior. (e) §. sed si in ex-  
peditione. 6. Inst. de exhered. liber.

#### XXXIV.

Hæc autem privilegia militibus non semper nec  
ubiq; conceduntur, nimirum quando milites sunt præ-  
sidiarij extra hosticolum, nam tunc confectum testa-  
mentum militari modo infirmari potest, quia tantum  
privilegium pertinet ad eos qui sunt in castris & præ-  
senti periculo hostium (a) & cessante causa scil. expe-  
ditione, cessat effectus etiam (b) nimirum privilegium;  
& beneficium datur propter officium (c) Nullo tamen  
modo aliquid quoad privilegia militum est mutatum,  
sed omne firmum manet, & milites illis uti possunt, qui  
nimirum in militia, in castris in conflictu hostium sunt:  
secus qui extra castra vivunt, Illi enim communi jure  
uti debent (d)

(a) l. pen. C. de milit. testam. l. 8. C. de restit. mil. & eor. qui  
reipubl. caus. abs. l. ult. C. quib. non obijc. long. temp. præscript.  
(b) c. cum cessante. 60. X. de appell. (c) c. fin. de rescript. in 6.  
(d) l. 24. ff. h. s. §. & hæcenus. Inst. de mil. testam. XXXV.



## XXXV.

Est & alia testamentorum species privilegiata, quæ vocatur testamentum inter liberos (a) in quo solemnitatū observatio rigidior (b) remissa est, & legitimam saltem probationem voluntatis paternæ requirit

(a) l. hac consultiſſima. S. ex imperfecto & Auth. quod sine. C. de testam. (b) Rigidior observatio remissa est, nec enim ab omnibus juris civilis & posteriori Solemnitatibus hoc testamentum ut Grass: in §. testamentum. quest. ii. putat omnino liberum esse, sed si velit testamentum inscriptis condere, & literas sciat, debet solemnitates Novel. 107. c. 1. expressas observare.

## XXXVI.

Sunt & aliæ testamentorum privilegiatorum species veluti testamentum (a) rusticorum: testamentum pestis (b) tempore factum; & testamentum ad pias causas (c) quæ omnia latius persequi nostri jam nunc non est propositi.

(a) l. ult. C. hoc tit. (b) l. casus majoris. 8. C. eod. (c) veluti Ecclesijs, pœochotrophijs quæ pauperes alunt & mendicos; Orphanotrophijs, quæ parentibus atq; substantijs destitutos minores sustentant & educant, & sunt quasi tutores pupillorum & curatores adolescentum: Bœphotrophijs, quæ alunt infantes: Xenodochijs, quæ advenas, ægros, inopes, debiles, invalidos necessarium victum sibi parare nequeuntes hospitio excipiunt. &c: heredibus vel pro parte vel in totum institutis.

## XXXVII.

Supereſt ut de Codicillis videamus: Est autem codicillus (a) testati vel intestati ultima voluntas minus solemnis, absq; directâ heredis institutione (b) de eo quod quis post mortem suam de bonis suis fieri velit coram quinq; testibus declarata (c)

C 2

(a) Codi-



(a) Codicillos primum introduxit L. Lentulus, cuius persona etiam fidei commissæ esse caperunt. pr. Inst. de codicil. (b) quia hereditas per codicillos neq. dari neq. adimi potest. §. codicillis Inst. eod. (c) l. ult. C. eod. nec opus est ut testes rogari sine alleg. l. & inter eos, testes mulier esse potest. gl. in l. 20. §. mulier. ff. de testam.

### XXXVIII.

Codicilli autem fiunt duplici modo: Aut cum testamento, aut sine testamento. Cum testamento, quando quis facit codicillos & testamentum simul, & illud iterum tribus accidit modis: Aut 1. ante testamentum (a) aut 2. post testamentum (b) aut 3. in ipso testamento (c) sine testamento, quando codicillis fidei commissæ aut legata ab heredibus, ab intestato venientibus relinquuntur.

(a) Quando testator codicillos facit, priusquam testamentum condatur, & tum valent si appareat testatorem à voluntate, quam in codicillis expresserat, non recessisse §. 1. Inst. de codic. (b) Quando primo testamentum facit, deinde codicillos. (c) Quando quis simul & testamentum & codicillos facit, puta cum testamento addit clausulam codicillarem.

### XXXIX.

Potest autem quis multos codicillos facere, & nullam ordinationis solennitatem desiderant (a) per eos etiam hæreditas nec dari nec adimi potest: (b) si vero testator codicillos cum testamento fecerit, & in testamento scripsit, quem heredem in codicillis constituo, esto heres: hoc casu institutio valet attamen ex testamento data intelligitur (c)

(a) §. fin. Inst. de codic. (b) l. 2. C. eod. §. per. Inst. eod. potest tamen ut dictum est verbis non directis, sed precarijs & fidei commissarijs dari. d. l. 2. (c) l. 77. ff. de hered. instit. XL.



X L.

Habent autem omnes illi factionem codicillorum qui & testamentorum: Et qui à Jure civili prohibentur testamentum facere, illis etiam interdictum est jus codicillorum. (a) Si aliquod etiam jus municipale velit, ne quis ante 25. annum testamentum faciat, receptum est & hoc idem procedere in codicillis faciendis (b)

(a) l. 6. § 3. ff. de jur. codic. l. 5. C. eod. (b) Barr. in l. 1. ff. de leg. 1.

X L I.

Omnis porro solennitas codicillorum consistit in adhibitione quinque testium (a) uno eodemque tempore facta (b) & in necessaria testium subscriptione, non autem appensione sigillorum, si codicilli facti sunt in scriptis, nam possunt etiam sine scriptis fieri.

(a) l. 8. § 3. C. de codicill. nec refert. an sint rogati possunt etiam esse forcuiti. d. l. 8. (b) jam d. l. 8. C. de codicill.

X L I I.

Testamentum autem tamdiu valet donec rumpatur irritumve fiat, inquit, Imperator (a) Et quia quicquid ligatur solubile est (b) ideo modos quibus testamenta infirmantur enarrabimus.

(a) stat. in pr. Inst. quib. mod. testam. infir. (b) Nov. 22. c. 3.

X L I I I.

Primo igitur testamentum rumpitur agnatione posthumi (a) quando pater ritè & secundum regulas Juris testamentum fecit & post factum testamentum posthumus ei natus est.

(a) l. 1. ff. de injusto rupto l. 1. C. de Ord. Jud. l. 3. in pr. l. 8. ff. de injusto & c. §. 1. Inst. de Exher. lib. §. 1. ff. quib. mod. testam. infirm. l. 1. C. de posth. her. Inst. l. 2. C. de honor. possess. conrr. tab. l. 9. ff. de Jur. fisci,

X L I V.



#### XLIV.

Rumpitur deinde prius testamentum per posterius: ut pone: Titius fecit testamentum, eò factò aliam induit mentem quia voluntas hominis usq; ad mortem ambulatoria est (a) & aliam condit ultimam voluntatem & jure receptum est (b) posterius testamentum priori vires adimere.

(a) l. 4. ff. de Adim. legat. (b) §. posteriore 2. Instit. quib. mod. testam. infirm. l. 2. ff. de injusto rupto. &c. l. si quis priore 29. in pr. ff. Ad SCum. Trebell. l. sancimus C. de testam.

#### XLV.

Tertio rumpitur testamentum cum quis arrogat cum qui sui juris est vel adoptat aliquem descendendum qui alieni juris est, per hoc enim filius legitimus tantum, efficitur quasi naturalis & legitimus simul.

§. Rumpitur 1. Inst. quib. mod. testam. infirm. l. 8. ff. de injusto rupto &c.

#### XLVI.

Irritum autem fit testamentum primò: Si testator capitis sententiam passus est, quamquam non mors subsequitur (a) Idq; de jure civili, nam de Jure prætorio (b) solenne testamentum hoc modo irritum factum, testatore pristinum statum tempore mortis recuperante reconvalescit, si septem testium signis signatum est.

(a) l. 6. §. 6. ff. de injusto rupto &c. l. Ejus §. 1. ff. de testam. (b) §. non tamen 6. Instit. quib. mod. testam. infirm. l. qui ex liberis 11. §. testamento 2. ff. de bon. possess. secund. tab.

#### XLVII.

Deinde irritum fit, si heres ille quem testator in suo testamento heredem scripsit testatorem vita privat. (a) Et fiscus aufert hereditatem ut indigno, licet onera legatorum sustinere cogatur.

(a) l. 9.



(a) l. 9. ff. de Jur. fisci. limitatur autem: nisi heres testatorem ob ejus culpam occidisset, ut 1. Si heredis uxorem comproferit. 2. Patriæ si fuerit proditor testator. l. 35. ff. de Religiosis & sumpt. funer.

#### XLVIII.

Tertiò si testator habeat filium naturalem tantum, ille autem fili<sup>9</sup> naturalis legitimatur vel per subsequens matrimonium, vel per Rescriptum Principis, vel per oblationem curiæ & deinde in testamento præteritur (a) tunc statim corrumpitur testamentum.

(a) Præteriri enim non potest. pr. Inst. de Exher. lib. nec incertum an legitimus & naturalis sit simul, vel an legitimatus, nam hoc in casu non differunt.

#### XLIX.

Quartò si pater testamentum fecerit, & in illo testamentò filium exheredet quod ipsi violentas manus intulerit, vel ex alia quavis justissima causa (a) Posthæc autem filius exheredatus patri poenitentiam agit, pater etiam eum iterum in numerum filiorum recipit, tunc illud testamentum, per poenitentiam filij & misericordiam patris quoad exheredationem (b) irritum fit.

(a) Causas Exheredationis vide in Nov. 115. c. 3. (b) Auth. Ex causa. C. de Lib. præter.

#### L.

Ultimo vitiatur testamentum, si testator ob metum criminis vel poenæ seipsum interficit (a) Item si filius injustè exheredatus, per querelam inofficiosi patris testamentum rescindat (b) Et illud etiam testamentum in quo nemo hereditatem adit vitiatur (c)

(a) l. 6.



(a) l. 6. § 7. ff. de Injusto rupto &c. l. 2. C. qui testam. fac.  
poss. (b) pr. Inst. de inoffic. testam. (c) l. 1. ff. de Injusto rupto &c.  
l. Eam quam. 14. C. de fideicom. l. 181. ff. de R. l. §. 34. Inst. de leg.  
gat. pr. Inst. de hered. qua ab Intestato defer.

Præstantiss: Dno. Respond:

**S**I testamentum vera est testatio mentis,  
Jam testamentum condis & ipse tuum,  
Namq; tuis, patriæq; tribus patriæq; colummnis,  
Ipso hoc Testaris mentem animumq; tuam.  
Scilicet esse tibi studia, unicum id esse  
Votum proficere in Juridico studio.  
Perge, tui desiderij qui conscius hortor  
Insta, virtutem digna brabeja manent,  
Dimidium facti si qui bene cœpit, habebit,  
Plus jam dimidio, si modo pergis habes,

benev: & honoris ergo appon.

ALBERTUS Hein D.

**M**Artis & Artis opus præstat virtute virili,  
Qui leges tractat, tractat & arma simul.  
Mars gladio dirus, dia Ars glossare pugnans,  
Legibus hæc hostes, lancea at ille ferit.  
Marshallere legis non Martis grande, sed Artis  
Difficile ad cathedram, (Jova secundet) iter.  
Assistat Divina Themis, quâ præside solers  
Frosterne Genio Juris agema mali.  
Objectis obex constans stes, techna Sophista  
Constanti Sophie Sole soluta cader.  
Victori tribuet fertum tibi suada deserto,  
Artis & ingenij dotibus addet opes.  
Nicolaus Zigota, de Slupska, Eq. Siles.













(a) l. 9. ff. de Jur. fisci. limitatur autem  
rem ob ejus culpam occidisset, ut 1. Si here-  
seric. 2. Patria si fuerit proditor testator  
& sumpt. funer.

### XLVIII.

Tertiò si testator habeat filium  
ille autem fili<sup>9</sup> naturalis legitimatur  
matrimonium, vel per Rescriptum  
oblationem curiæ & deinde in testi-  
(a) tunc statim corrumpit testamentum

(a) Prateriri enim non potest. pr. Insti-  
tute an legitimus & naturalis sic simul  
nam hoc in casu non differunt.


### XLIX.

Quartò si pater testamentum fecit  
testamentò filium exheredet quod ipse  
intulerit, vel ex alia quavis justissima  
autem filius exheredatus patri poenit  
etiam eum iterum in numerum filio-  
illud testamentum, per poenitentiam  
patris quoad exheredationem

(a) Causas Exheredationis vide in N  
Ex causa. C. de Lib. prater.

### L.

Ultimo vitiatur testamentum, si  
criminis vel poenæ seipsum interficit  
injustè exheredatus, per querelam  
testamentum rescindat (b) Et illud et  
in quo nemo hereditatem adit vitiatur



testato-  
omprof-  
Religios

antum,  
equens  
vel per  
teritur

, nec in-  
imatus

illo te-  
manus  
osthac  
, pater  
, tunc  
ericor-  
t.

) Auth.

netum  
i filius  
patris  
entum

a) l. 6.